
Fragmentarium



Dt 6, 24

Vt bene sit nobis cunctis diebus uitæ nostræ. sicut est hodie,
Erit q. nri misericors. si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram dño nō. sic mandauit nobis, Cum introduxerit te dñs tuus in terram quam possessurus ingredieris. & deleuerit gentes multas coram te. hetheum. & gergesseum. & amorreum. chananeum & pheresæum. & eueum & iebuseum, Septem gentes multo maioris numeri quam tuæ. & sobustio fer de, Tradiderit q. eas dñs dñs tuus & ubi. percusseris eas usq. ad interitionem, Non inibis cum eis fœdus. nec miserebēris earū. neq. sociabis cum eis connubio, Filiam tuam non dabis filio eius. nec filiam illius accipies filio tuo. Quia seducet filium tuum ne sequatur me. & ut magis seruiant dis alienis, Succendatur q. furor dñi. & delebit te cito, Quin potius hæc facietis eis, altaria eorum subuertite. confringite statuas. lucos q. succidite. & sculptilia conburite. Quia populus sanctus es dño deo tuo, te elegit dñs deus tuus ut sis ei populus peculiaris. de cunctis populis qui sunt super terram, Non quia cunctas gentes numero uincebatis uobis iunctus est dñs & elegit uos,

16

Cum omnibus gentibus populis procul
sed quia dilexit uos dñs. & custodiret
iuramentum quod iurauit patribus
uestris, Eduxit q. uos in manu fortī
& redemit de domo seruitutis. de
manu pharaonis regis egypti,
Et scies quia dñs deus tuus. ipse est deus
fortis & fidelis, Custodiens pactum
& misericordiam diligentibus se. &
his qui custodiunt præcepta eius
mille generationes. & reddens odi
entibus se statim, Ita ut disperdat
eos & ultra non differat. prodens
eis festinanter quod merentur, Cus
todi ergo præcepta & cerimonias
q. iudicia. quæ ego mando tibi
hodie ut facias, Si post quæ audieris
hæc iudicia custodieris
& feceris. custodiet dñs deus tuus &
pactum & misericordiam. quem
iurauit patribus tuis, Et diliget &
ac multiplicabit. benedicet q
fructui uentris tui. & fructui
terræ tuæ. frumento tuo atq. uino
mixto. oleo. & armentis. gregibus
ouium tuarum super terram. pro
quæ iurauit patribus tuis ut det
eam tibi, Benedictus eris inter
omnes populos. non erit apud te ste
ris utriusq. sexus. tam in homi
quam in gregibus tuis, Auferet dñs
omnem infirmitatem. & infirmitates
egypti pessimas quas nouisti
non inferet tibi. sed cunctis hostibus

Dt 7, 15

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(1, 16r – Old Testament (https://fragmentarium.ms/view/page/F-4bhc/10118/73647)